Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Medzinische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. V, 50
Signatur: Cent. V, 50

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Primus liber de consideratione quinte essentie omnium rerum transmutabilium.

Incipit liber de famulatu philosophie euangelio domini nostri Ihesu Christi et pauperibus et euangelicis viris.

Dixit Salamon sapientie c° vii° Deus dedit michi horum scientiam
veram que sunt ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtu
tes elementorum initium et consummationem et medietatem
temporum et vicissitudinum permutationes et consummationes
temporum vicarum mutationes et divisiones temporum anni cursus
et stellarum dispositiones naturas animalium et iras bestiarum
vim ventorum et cogitationes hominum differentias virgultorum
et virtutes radicum et quecumque sunt absconsa et improvisa didici
omnium enim artifex docuit me sapientia. hec Salamon. Et
Salamon li° xvi° c° libri proverbiorum dicit universa propter semet
ipsum operatus est dominus. Ergo demonstrative supposita infallibi
liter scripture concludit quod universa philosophia quam Sala
mon in verbis premissis spiritus domini revelavit est ad dei servitium
et euangelii Christi et euangelicorum virorum et totius corporis Christi
mistici devotum famulatum utiliter applicanda. Et sic bre
viter titulus libri concluditur probatus. Et considerans ergo
quod tempus expensum in pruritu mundane philosophie
plus quam quinque annis ante ingressum ordinis in florentissimo
studio Tholosano et plus aliis quinque ex quo huic ordinem in
traui cum strepitu multo manium verborum et conflictu inutilium
disputationum et laude vana et gloria fictitia lectionum tam in
studiis particularibus quam generalibus legens sicud est possibile
tempus preteritum redimere predicam perditum restaurabo
et elapsum reducam ad manum ut ex eo extraham iussu Christi
meritum ad eternam gloriam profuturum. Et sic quod
michi vertebat ad culpam nutu Christi proveniet ad eternam vitam.
Et vidi possibilem in hoc si utilitates quas vidi in philoso
phia divino spiritu illustrante etiam tempore nativitatis mee
quo tempore licet malum affuit michi deus misericorditer sup
pleuit medium revellem pauperibus euangelicis viris ut qui divitias
propter euangelium contempserunt sine humano doctore sciant
facile et de levi et sine naturalibus et expensis suas corporales
miserias et infirmitates humanas divina benignitate sol
vere. Impedimenta sancte orationis et meditationis notum mira
bilitur effugare temptationibus etiam demonum quibus propter quas
dam infirmitates inferunt resistere et in omnibus et per omnia
expediri possint totis viribus et domino Ihesu Christo devotissime
deservire. Et cum istud opus pro solis sanctis faciam a
quo opere impetrante deo recipient tanta bona. Conclu